



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 13322648

§. 93. Liber quidam a S. Congregatione proscriptus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67677)

lis non sit illuminatus, imo nequidem Sæc. XVIII.
 proprie ad Concionatoris officium sit A. C. 1730.
 vocatus. Insuper hic fanaticus, postquam exilii sententiam perceperat, in graves indignasque querelas prorupit, eoquod non auditus, nec defensus patria excedere jussus esset. Verum nec hujus Prædicantis supplicio ceteri sapiebant, nec sua conventicula intermittebant, insuperhabito novo edicto, quod a Christiano III. Bipontino Duce Anno 1734. editum fanaticorum pertinacia ac perversitas nequiter elusit.

§. XCIII.

Liber quidam a S. Congregatione proscriptus.

Jam a longo tempore parvæ, ut sevo-
 cant, *Ecclesie* Theologi seu Janse-
 nistæ Ultrajectini desperatæ suæ causæ
 patrocinium opemque quærebant in
 dolis atque imposturis: Toti in eo
 erant, ut factionem suam non modo
 Sectariorum numero, sed & Virorum il-
 lustrum auctoritate famosiorem redde-
 rent; eo fine in censum suum revoca-
 bant Cardinales, Archiepiscopos, Epi-
 scopos, ac maximi nominis Principes,
 quos sibi, suisque commentis favisse
 fingunt, in vulgus spargunt, atque e-
 mentito eorum nomine libros, quos

Sæc. XVIII. tamen ipsi in Hollandica sua fabrica
 A. C. 1730. procuderunt, proterve eis adscribunt

Hujus fraudis specimen est liber contra
Regalia Apostolicæ Sedis Hollandiæ im-
 pressus, quem sub nomine Guillelmi
 Cardinalis du Bois Cameracensis Ar-
 chiepiscopi post ejus obitum typis edi-
 dere, illumque, dum adhuc viveret,
 Jansenistis atque appellantibus stren-
 patrocinatum fuisse, falso jactant.
 Detecta autem hac fraude, & ipsius
 libri perversitate, Clemens XII. Papa
 septem Cardinalium Congregationem
 cui Landfredum a secretis esse voluit
 erexit, ac communi horum suffragio
 hunc librum die vigesima tertia Decem-
 bris atro stigmate notavit, dato Edi-
 ctis negotio, ut infaulti hujus parti-
 errores solidis rationibus vindicarent.

§. XCIV.

*Quorundam Prædicantium intem-
 perantia.*

Hoc item anno Lutherani secundum
 annum sæcularem Confessionis sive
 Augustanæ in Imperio toleratæ solent
 ubique pompa celebrabant, eorum
 Præconibus sermones, Programmata
 Carmina, & Catechismos Historiam
 in vulgus spargentibus. In his
 frequentius legebatur, quam Ecclesiæ
 Catechismus